



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Iura dies ieiuniorum statuerunt & consuetudo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

fat, nec ius concedit. Possit tamen persona aliqua vel sic complexionata: vel propter occupationes diurnas, &c. dispensari in hoc (sicut & in aliis rationabilibus casibus, ut dicitur) ab Episcopo. Nec sumere in ientaculo serotino parum panis, frangit ieiunium quia ad hoc videtur serotinum ientaculum reductum, ut non referat quid quisque sumat, si modum non excedit & recte sibi quisque consulere videtur qui illud sumit quid sue complexionis plus prodest, ex quo medicina causa conceditur. Hæc de primo.

Iura dies ieiuniorum statuerunt & consuetudo.

Dies ieiunii noti sunt ex consuetudine magis quam iure. Et propterea constat & quadragesimam, & quatuor tempora, & vigiliam natiuitatis Domini, Pentecostes, Assumptionis beatæ Virginis, & omnium sanctorum & Apostolorum (nisi Ioannes euangelista ac Philippi & Iacobi) natiuitatis Ioannis Baptistæ, ac beati Laurentii & non plures communiter esse ieiunio celebrandas: nisi alicubi antiqua consuetudo aliter obtinuerit in aliquo dierum: quoniam consuetudo derogare potest iuri, sicut fecit ius præcepti in ieiuniis quatuor temporum paschaliū & vigilia Pentecostes, quorum nullum ex iure apud diuum Thomam est in præcepto: quia est ieiunium exultationis. Hæc de secundo.

Ieiunium quibus personis inexcusabiliter sit obligatorium.

Quo ad tertium (qui scilicet tenentur ad ieiunium) quum hoc sit præceptum generale commune toti populo Christiano, omnes tenentur quæ rationabilis causa non excipit aut excusat. *Rationabilis autem causa in proposito vocatur*